

COMMENTARIUS

IOAN. TAVAR-

DI, IVRISCONS. ET

IN ANDEGAVENSIVM ACA-

demia iuris ciuilis Profes-

foris eminentif-

fimi.

De interdiciis & actionibus,

VT NOVVS PLANE, ET DIVA

multis multum expetitus;

ITA NVNC PRIMVM CORRECTIONE,

tam in ipso contextu, quam in allegationibus, adhi-

bita diligentissima, cum summaris in

lucem prodit, opera

HERMANNI VVLTEII I.C.

Marpurgensis.

Auctoris damnati



*Ubi in hoc opere nihil ha-
bet exat Epistola, scripam
typographo, ita vero, et nihil
damnandi sineat, expungi non
debet, quaeque in expugnatione
ea non citetur, multo q̄ minus
opus ipsum, quod non est aucto-
ris damnati.*

FRANCOFVRTI,

Excudebat Ioannes Saurius, impensis Petri Koppa de 1707

M D C.

*ita conforma a expugnat
per comission de l'off.
Hernan Alvaro*



NOBILI ET MA-
GNIFICO VIRO DR. IOANNI
GEORGIO GODELMANNO I. C.
præstantissimo Comiti Palatino nec non Electo-
ratus Saxonie Consiliario Domino & a-
mico suo colendis-
simo.

DRæclare simul ac scite
dictum illud esse, Spar-
tam nactus es hanc or-
na: vir Magnif. & Ampliff. res i-
psa loquitur, dum omnes simul
ad ea, quæ cuiusq; vocationi &
officio propria sunt, non solum
peragenda monemur, sed etiam
exornanda instigamur. Nullus
enim in vita humana ordo tam
exilis est & abiectus, quem non
amore, studio & labore exorna-
tum, perpulchre ita florere con-

(:) 2 spicia-

Coll. Soc. I. E. S. V. Salm. ex dono Regum.



HERMANNVS VVL-
TEIVS IVRISCONSULTVS PE-
tro Kopffio Typographo apud no-
bile Francofurtum indu-
strio S.

R Emitto tibi, mi Kopff, quas le-
gendas mihi superiore seme-
stri misisti pagellas manuscri-
ptas, commentationes, in-
quam, Ioannis Tauardi Iu-
risconsulti, iurium olim in Academia Gal-
lorum, quæ est Andegavi, professoris.
Queris, quod meum de illis sit iudicium;
Mallem equidem misisses alii, cui est de scri-
ptoribus istiusmodi iudicandi, quam mihi
& facultas maior, & voluntas pronior.
Arrogare enim mihi non ausim id, quod à
me efflagitas: certe si possim, nolim, cum
sciam, quam sit hoc periculosum: & vere
quisque habet, quod sequatur, etiam pru-
dentissimo alias & oculatissimo incognitum,
idque rectum, tametsi huic non usquequa-

(:) 6 que



IOANNIS TA-
 VARDI IURISCONSULTI
 AD TITVLOS CODICIS ET DIGE-
 storum, qui sunt, DE INTER-
 DICTIS Commen-
 tarii.

AD RVBRICAM.

SVMMARIA.

- 1 *Interdictorum definitio.*
- 2 *Interdicta sunt actiones possessoriae.*
- 3 *Interdictorum notatio.*

Interdicta sunt † formæ atque con-
 ceptiones verborum, quibus prætor
 iubet aliquid aut fieri prohibet, tran-
 quillitatis conseruandæ causâ, inte-
 rim, hoc est, donec lis proprietatis terminata
 sit. Itaque † quia ille qui interdicit, hoc est, In-
 terdicto experitur, vocat reum in ius fere sem-
 per, ratione possessionis duntaxat, Interdictum
 vocatur, actio prima, actio possessoria siue a-
 ctio possessionis & actio stricte sumpta, quæ se-
 qui solet interdictum vocatur actio petitoria,

IOANNIS TAVARDI I.C. ET IN ANDE-

GAVENSI SCHOLA ANTE-
cessoris in titulum Institutio-
num.

De actionibus.

COMMENTARIUS.

Superest ut de actionibus loquamur.
Actio autem nihil aliud est, quam
ius persequendi in iudicio, quod sibi
debetur.

SUMMARIUM.

- 1 *Actiones quedam sunt mera facta hominum.*
- 2 *Actiones legis quae sint voluntariae.*
- 3 *Actiones legis contentiosae.*
- 4 *Quarum quedam sunt criminales.*
- 5 *Quaedam civiles.*
- 6 *Et harum multae iterum species.*
- 6 *Quae constituunt partem tertiam uniuersi iuris
civilis privati.*
- 8 *Sed tum intelliguntur iudicia.*
- 9 *Actiones stricte sumtae duobus modis consideran-
tur.*
- 10 *Explicatur definitio actionis hic tradita.*
- 11 *Differunt actiones à persecutionibus, interdictis
& stipulationibus pratoris.*